Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

Perpetuum nob(is) d(omi)ne tue miserationis p(re)sta subsidium.
quib(us) (et) angelica p(re)stitisti suffragia n(on) deesse. P(er) C(hristum). Sec.
Hostias t(ibi) domine laudis offerim(us) supplicit(er) dep(re)cantes. ut easde(m)
angelico p(ro) nob(is) interveniente suffragio. (et) placat(us) accipias (et)
ad salutem n(ost)ram p(ro)venire concedas. P(er) d(ominum) n(ostrum). Compl.
Repleti d(omi)ne b(e)n(e)dictione celesti supplicit(er) imploramus. ut
q(uo)d fragili celebram(us) officio. s(an)c(t)or(um) angelor(um) nob(is) prodesse
sentiam(us) auxilio. P(er) d(omi)n(u)m n(ost)r(u)m. De s(an)c(t)a karitate.
Omnip(oten)s semp(iterne) d(eu)s qui iusticia(m) tue legis in cordib(us) cre
dentiu(m) digito tuo scribis. da nob(is) fidei. spei. (et) cari
tatis augmentu(m). (et) ut mereamur assequi q(uo)d p(ro)mittis. fac
nos amare q(uo)d p(re)cipis. P(er) C(hristum). M uere q(uaesumu)s d(omi)ne sp(iritu)m Sec.
s(an)c(tu)m. qui (et) hec munera n(ost)ra tui efficiat sacramentu(m). (et) ad
hoc p(er)cipiendum corda n(ost)ra purificet. P(er) d(omi)n(u)m. in. Compl.
Sp(iritu)m nob(is) tue karitatis infunde. ut q(uo)s uno pane saciasti.
tua facias pietate concordes. P(er) d(omi)n(u)m. Feria VI. de s(an)c(t)a cruce
D(eu)s qui unigeniti filii tui p(re)cioso sanguine vivifice
crucis vexillum s(an)c(t)ificare voluisti. concede q(uaesumu)s. eos
qui eiusde(m) s(an)c(t)e crucis gaudent honore. tua q(uo)q(ue) ubiq(ue) pro
tectione gaudere. P(er) d(omi)n(u)m. Hec oblatio d(omi)ne ab Sec.
omnib(us) nos purget offensis. que in ara crucis etiam to
tius mundi tulit offensa. V(ere) D(ignum) eterne d(eu)s. Qui salute(m) hu(m).
Refecti cibo potuq(ue) celesti q(uaesumu)s omnip(oten)s d(eu)s. ut ab hostiu(m) defen
das formidine. q(uo)s redemisti p(re)cioso sanguine filii tui
D(omi)ni n(ost)ri ih(es)u (Christ)i c.